

dique dispellere vitri partes & in pollinem eas comminuere. Sed huic etiam hypothefi, ut alia taceamus, illud pariter obftare videtur, quòd magnâ guttæ parte vel refeâ vel detritâ, porisq̄ adeò verfus medium amplioribus patefactis in magna copia, non crepet tamen lachryma; uti Phæn. XV. nos edocuit.

XVI. Verofimiliorem igitur illam hypothefin, cujus mentionem sub finem num. XIII. fecimus, ut Auditoribus nostris quàm clariffimam redderemus, fequentia præmonere neceffum erat:

1. Aut eandem effe aut fimilem faltem ejus rupturæ Phæn. XVI. caufam, quâ vitra recens - conflata, fi, non dicam aquæ, fed aëri frigidiusculo faltem, imò æftivo quoque fatis calenti, ftatim committantur, fuâ fponte rimas agant ac dirumpantur, præfertim in iis partibus quæ cæteris fpiffiores funt; prout equidem non *Montanarius* tantùm p. 17. fed & *Robaultus* num. XLV. alleg. fuprà capitis, judicârunt. Eft verò hæc vitrorum ex fornace modo protractorum ordinaria in aëre libero fractura ita certa, ut integra fervaturi vafa fua vitriarii, ex fornace ardentiffima in vicinam aliam igne multo fatis calentem, at refpectu prioris fubfrigidam, (ideò Germanico idiomate *der Schlofen* dictam) translocare cogantur, indeque demum poft moram notabilem aëri libero eadem aufint committere.

2. Corpora quælibet, etiam folida cæteroquin ac duriffima, calefacta rare fieri & in amplius fpatium expandi; frige- facta verò rurfum coire & condenfari: quod fuppositum exemplis virgæ ferreæ unius pedis, quæ candefacta fexagefimam hujus longitudinis partem & columellæ vitreæ candefactæ, quæ fpithamali longitudini quinquagefimam fuperaddiderat; Instrumentorum Aftronomicorum, quæ ex tepidiorre loco in aërem gelu rigentem nonnullam magnitudinis variationem paffa notavit *Dn. Caffini*; plumbi fufi & è vitro fufarum iconum, quæ poftquam refrixerant, formulæ